



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

33. Nanhion vrbs primae illic conuersiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

33.
Nanhion
vrbis primæ
illuc conuer-
siones.

grata erga Deum conscientia perurgeret, ad quamplurimos in eiusdem boni Societatem petrahendos; in hanc primum venere propinqui, & familiares numero quadraginta; deinde amici, à quibus & alij abstensa cætitate, veram lucem edoſti, frequētē Iosepho confabant Nanhione scholam. Quæ causa Riccio extitit, eò excurrenti, præter amicissimum sibi Gubernatoris Vicarium, & vrbis Literatos à quibus tam expetebatur, tūm intererat plurimum præsentem agnoscī, vt ex vrbis illius diffīcili transītu, viam sibi maturè in regni intima expediret; accedento demum Chiutaisi suāsu, mense Martio itineri se dat anno 1592. proculque adhuc Nanhione, occurrentem sibi aspicit Iosephum, ambientem tam caro hospite domi fuæ frui. Sequebatur Iosephum honorarius multorum comitatus, ad suscipiendum Christum, generositate incredibili paratus, qua illos Iosephus piè sed falso putaraſt imbuedendos, posse videlicet Christianum agere neminem, niſi, rebus omnibus valere iussis, Deo totum se daret: quæ inducīo animi, de Ricci exemplō perperam concepta, plurimos auerit qui ægrè sibi poteſtant imperare, vt omīlla uxore, domo, & omnibus, vni Deo sibique attenderent, Nempe bonus senex nondum didicerat religiosam vitam à Christiana ſecernere. Ingressus vrbem Riccius obſtare non potuit quin ad Chiutaisum diauerteret, inculcante non fore ex Mandarinorū dignitate ſubire Mercatoris ædes ad eum ſalutandum, neque illas omnino ſuo aditu dignaturos, quod probè conſultum, patuit, cum vrbis Vicarius supremo tunc Magistratu fungens, excepta Riccij ſalutatione cum iis honoribus quibus nefas erat vti majoribus; die inſequenti ea pompa Ricciū inuīſt qua ſolent maxima vrbium Præfecti, quos Regis etiam cognati non alloquuntur niſi de genibus. Hoc supremi honoris in Externū ſolenne oſſicium, Mandarinos omnes ad eum traxit, quibusdum vices obsequij necessariò rependit, tam conſerto vici ad ſpectandum illum populo ſtipabantu, vt niſi gestatoria conclusus progredi non valeret. His tandem ſalutationum, & reverentia ſolutis nominibus, ab Chiutaiso ad Iosephum ſuum ſe retulit, vbi quamuis labor ex adeuntium numero, & iſtitutione duplo maior, verum ex eo iuincidior, quod totus ad Deum proximè attineret. Albente vix cœlo ſacris operatus, expectabatur in auditorio ex aliis maximè Prouinciis frequenti; agi enim ſe animi ſalute præferebant, quem certò crederent immortalem, quod in Cantoniensi Prouincia rati credunt: à prima diei ad occasum ſolis, interdum & ad multam noctem erudiebantur à Riccio, audiebatürque tam cupidè vt cum ad nouam concionem, repetenda eſſent quæ prius iam explicuerat, multi loco hærent, audita iterum excepturi; noctem illuc nomnulli gaudente Iosepho traducerent, ne manè proximo excluderentur multitudine concionis: at ille Sinensis genij opprimè conſcius, baptismo illorum ſuperſedit, quoad eorum viuendi ratio proderet, quantis ſectæ Sinarum, & pictæ virtutes ab lege Christiana eiusque

virtute

virtute spatiis aberrarent : ad hæc necessaria cum essent verbi Dei , & Sacramentorum præfida , quæ Sciaocci affixus , suppeditare illis non poterat , dilata complutum expectatione , paucos præ ceteris fide ac moribus cultiores sacro fonte lustrauit , in quibus Iosephi filium , singulari parentis voluptate . Post hæc suam Sciaocci repet. turus statu-
nem , multorum relatu cognouit in regni Prouinciis interioribus , de Literatis Europæis in Sinas adueniis , & grandia magnifice iactari , cöl-
que , ac legem quam docebant beatæ ducem immortaitatis , à supre-
mis quoque Mandarinis enixe expeti , qui fructus erat consuetudinis
affidue , atque in speciem otiosæ , qua Literatos deuinxerat Riccius ,
ostentatione primum curiosa scientiarum nostrarum , diuinatum deini-
de , salutem & æternitatem spectantium .

Sciaocci deinceps Riccius crescenti paulatim concioni diuina prædi-
cans , selectam collegit Christianitatem , sed primitur suæ cætitati , &
idolis adeo iratam , vt plena periculi odia in ea exerceret : nam & soli
nonnunquam , & condicō plures , templo furtiu ingressi , truncâ capite ,
membrisque simulachra deturbare , comminuere , cremare ; quæ defor-
mati , & strangi non poterant , in terram defodere , atque ad eadem variis
in tempis iteranda parati & alacres gaudere , velut ea idolorum strage
Deo feliciter litaissent , futura omnino authoribus capitali & legi Chri-
stianæ , si Christianorum manibus patrata rescriretur : quare vi hæc ad
Ricciū sunt delata , seuerissimo interdicto ægrè quidem , sed tandem
inhibuit . Hanc suorum idolorum iniuriam dæmon , in Patres vltus est ,
esfi longe diverso quam mackinatus fuerat cumentu . Erat in eodem no-
bitcum subuthio , aleatorum contubernium , idémque in furtu & latro-
cina expeditum ; hos rei iux Bonzij , multique alij cenuere oppor-
tunissimos ut Patres sua vicinia exturbarent ; ad hoc per te vltro ar-
dentes incitant , vt eorum ædes spoliarent , data fide nec opem clamant-
ibus laturos , nec prospecturos de fenestris . Hac lege inter se coniurati ,
ex iis viginti qua Literati , quæ Bonzij post traduciam alia noctis pat-
tem , domum nostram inuadunt armati , & reuulsis vestibus intro se
penetrant , quod tanta in turba , ita clam esse non potuit quin strepi-
tu excitus ex familiaribus aliquis , ad fures inclamaret , Patres & Do-
mestici prodirent cum facibus , rati , deprehensos exemplo in fugam
se daturos ; at enim ij quod furto non poterant , aggressi rapio alpor-
tare , aditum sibi securibus faciunt in conclavia intima , familiares
plagis excipiunt ; Franciscum de Petris in fronte securi vulnerant ; Ric-
cio manum tantum non amputant , qui vt opem rogaret , & vitam ser-
uaret , in viam publicam fenestra se misit , ex qua fallente vestigium
spatio , pede male luxato , semper deinceps laborauit . Magnis tamen
illius tum vocibus frustra auxilium , nempe sceleris consciens poscentis ,
tum lapidum grandine quibus ex edito famulus strenue rem gerebat ,
fuga se in cenobium Quanhiaum ex quo exierant , omissa præda fu-
tes recipiunt . Delato ad capitalium Iudicem criminis cum indicia reo-

34.
Sciaocci ni-
muis Christ.
feruo.c.

35.
Fures zo.do.
num inua-
dunt , & PP.
vulnerant.